

1740 [= 2899] *nella villa de' PP. Certosini ad viam Campanam prope Puteolos GIOV.; prope Puteolos in porta S. Martini, hodie Carignani IOR.; al lato della porta del cortile di S. Martino a Campana, fondo del principe di Cirella SCHERILLO. Ibidem adhuc.*

ORONTI
AVG · LIB · PROC
PATRIMONI
urceus VIXIT · ANNIS (haec pars latet)
5 LXXXVI
ALEXANDER · PROC
PISSIMVS
FILIVS
FECIT

Recognovi. Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 110 et apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 111', Arv. p. 711; de Iorio ms. I. B. 46, *guida* 1817 p. 146; Guarini iter vag. mans. II p. 32 e schedis Iorii; Garrucci *accenti* p. 23; Scherillo descripsit. Henzen 6346.

1745 [= 2888] prope Neapolim in villa q. d. S. Iohannis Ateduccio in ecclesia eiusdem nominis MAGL.; Neapoli in domo Ar..... FIL.; in suburbio MOR.

1746 [= 2581] Puteolis nobb. de Fraja repererunt a. 1745 in effossionibus quas instituerunt PRAT. SCOTTI. Hodie in S. Agathae Gothorum in domo Rainone. — Casertae apud Daniele MIGL., errore opinor.

HERODES · APHRODISI · F ·
ASCALONT · VIXIT · AN
NIS · XXXVII
LOCVM · EMIT · AB · ORDINE ·
5 BAVLANORVM ·
DEMETRIVS · VILICVS ·

Recognovi. Pratilli in *epistula sopra la colonia di Bauli Calogera* XXXIX p. 357; *Antichità di Pozzuoli Cuma e Baja* fol. 1768 tab. LXVIII datur aeri incisa; Scotti *diss. di Miseno* (1775) p. 122; Migliore cod. Vat. 9143 f. 346 a Danielio; de Petra *giorn. degli scavi di Pompei* 3 (1875) p. 142. Orelli 4565.

Bauli, hodie Bacoli, *villae nomen est*, Tacitus ait ann. 14, 4, *quae promunturium Misenum inter et Baianum lacum flexo mari adluitur*. In recensu Plinius h. n. 3, 5, 61 Baulos collocat inter portum Baiarum et lacum Lucrinum, eoque a Puteolis Gaius imperator pontem supra sinum iecit (Dio 59, 17; cf. Suetonius Gai. 19). Nobiles eos fecerunt villae principum Romanorum, inter quas saepe nominatur Q. Hortensii oratoris (Varro de r. r. 3, 17, 5; Cicero acad. pr. 2, 3, 9. c. 31, 100. c. 40, 125; Symmachus ep. 4, 1; cf. Cicero ad fam. 8, 1, 4); rem publicam autem Bauli nullo tempore habuerunt, quos olim Boaulia dicta fuisse grammaticorum commentum est (Servius ad Aen. 7, 662; Silius Pun. 12, 156; Symmachus l. c.). At pugnare videtur cum his titulus supra relatus primus, quem ut recte explicemus, dicendum est de villa ad Baulos sita Lucullana. L. Lucullus villas in his partibus duas habuit, alteram ad Neapolim (Varro de r. r. 3, 17, 9) vel iuxta Neapolim (Plinius 9, 54, 80), quo pertinere videntur item insula Luculli (Cicero Phil. 10, 4, 8) et castrum Lucullanum, ubi vitam finivit Romulus Romanorum imperator ultimus (Marcellinus chr.; Iordanis Get. 46); villam probabile est fuisse in promunturio Pausilypi et insula illa significari Nisitam, neque absimile veri est villam Pollionis Pausilypanam quae postea fuit a Lucullana non esse diversam; certe ad quem alium Luculli Neapolitanum pervenerit, traditum non habemus. Altera ea est, quam aedificavit C. Marius, deinde habuit Cornelia, mox L. Lucullus, denique imperator Tiberius qui ibi decessit (Plutarchus Mar. 34; Seneca ep. 51, 11; Plinius h. n. 18, 6, 32; Phaedrus 2, 5, 7; Varro de r. r. 3, 17, 9; Tacit. ann. 6, 50; Dio 58, 28; Sueton. Tib. 73). Ea collocatur modo in regione Baiana (Varro l. c.; Seneca l. c.); modo in Misenensi (Plinius l. c.; Phaedrus l. c.; Sueton. l. c.; Tacitus l. c., alii) posita in summo iugo (Phaedrus l. c.: *Caesar Tiberius cum petens Neapolim in Misenensem villam venisset suam, quae monte summo posita Luculli manu prospectat Siculum et prospicit Tuscum mare*; Seneca l. c.). Haec igitur sita inter Baias et Misenum necesse est fuerit prope Baulos illos, et cum imperatorum facta esset, non potuit non familiae Augustorum pars sedem ibi collocare. Iam tituli supra relati primus et tertius agunt quidem de ordine decurionibusve, sed ut eos coniungant cum servis libertisve, quorum alter Tiberii est, alter quominus item fuerit vel eius vel alius imperatoris, nihil impedit. Itaque primi tituli ordo Baulanorum mihi est non municipii ibi constituti, sed corporis servorum imperatoris Baulis degentium, eius ipsius quod in secundo appellatur *collegium Baulanorum*. Nam in collegiis certe domus imperatoriae et decuriones frequentissime inveniuntur et ordinis quoque collegiorum eorum tituli quidam (ut Orell. 4057) meminerunt. Tertii tituli notas simili ratione ita interpretandas esse iudico: *l(ocus) d(atu)s d(ecreto) d(ecurionum) e(familia) v(illae) L(ucullanae)*.

1741 [= 6395] Neapoli in museo.

· D · M ·
SVCESVS · AVQVSTO ·
RVM · TABELLARIVS · ANN ·
· XXXV · · A ·
5 PEDISECVS · INIE · BITE
SVAE ·

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1743.
5. 6 lege IN · DIE · VITAE · SVAE.

1742 [= 2870] Neapoli antea apud principem de S. Georgio, nunc in museo.

D · M ·
AELI · IANVARI
SECVNDVS · AVG
LIB · TABVLAR
5 LIBERTO · B · M

Recognovi. Guarini comm. XIV p. 47; Fiorelli cat. n. 840.

1743 [= 2889] Puteolis rep., mox exteris vendita CIM. Puteolis rep. et Anglo cuidam vendita NOV.

D · M ·
T · FL · VERO · AVG
LIB · TAB · RAT
AQVARIOR
5 COIVCI · BENE
MERENTI
OCTAVIA · THE
TIS · FECIT

Nov. Flor. 1755 p. 415 (inde Donat. 313, 5, 328, 8) fortasse a Martorello, a quo certo accepit Cimaglia ant. Venus. (1757) p. 195. Henzen 6570.

2 AVG om. Cim. — 5 COIVGI Nov.

1744 [= 2894] Neapoli in domo Bernardini Rotae.

LVCRIO · AVG
TOPIARIO · EX · HORTIS
SIBI · ET
SVIS

Grut. 602, 2 (vidit Scultetus).

Magliabecchianus cod. 28, 34 in fasciculo adiuncto ad syllogen lucundianam titulorum potissimum Fanestrium; Filonardianus liber f. 101'; Morillon cod. Amst. f. 58 (inde, quamquam Pighium nominat, Smetius 105, 15, ab eo Grut. 599, 8). Orelli 2967.

2 T Magl. Fil. (et sic emendavit Fabrettius in emend. ad Grut.), L. Mor. — FAVI Magl. — 4 SVPERAVELLARIOS Magl.

1747 [= 2582] reperta Baulis servatur Neapoli apud ducem Nojæ SCOTTI (1775). In palatio Capo di Monte ZAR. Adhuc in museo.

EVNEA
VIXIT · ANN · XX
EX · COLLEGIO · BAVLA
PERMISSV · CORINTHI
5 PROC · ARTICHNVS · F ·

Descripsi et recognovi. Scotti *diss. corograf. di Miseno e Cuma* p. 122, cui dedit Vincentius Meola; Zarillus cod. Vat. 9120 f. 405; Fiorelli cat. n. 481. Henzen 7188.

1748 Baulis a. 1873 apud custodem piscinae mirabilis.

LALVS · AVG · L
FECIT · TI IVLIO · SP · F ·
HELICONI · FILIO
SVO · ET · SIBI · ET · SVIS
5 L · D · D · D · E · F · V · L

Descripsi post Helbigium.